

mias contra Christum, fidem, scripturam S. Ecclesiam & sanctos
 armare, Apologiā pro Priscillianistis & antiquis Hæreticis menda-
 ciorum Magistris ministrare, in universum societatem humanam
 lædere, & in ejus locum inhumanam & Diabolicam collocare,
 perjuria fovere, Reges ad Tyrannidem & crudelitatem contra
 subditos necessariò impellere Principib. maxime Hæreticis, omnē
 adimere securitatem de fidelitate suorum subditorum, & quæ sunt
 alia, quæ quidem omnia utraq; manu largimur, si æquivocationes Ie-
 suiticas & in honestas à nobis etiā profigatas intelligi velis, de iis autem
 quas nos admisimus probari hoc nunquā poterit: Adhibentur enim
 & adhiberi debent ex præscripto rectæ rationis, prudentiæ, impri-
 mis veracitatis quæ non tantū docet ἀληθεύειν sed & μὴ ἀληθεύειν, qui
 igitur virtus virtuti, donū Dei, dono Dei, contrariari potest. Adver-
 satur quidē virtuti mendacium, fraus & dolus malus, sed in simula-
 tione honesta horū nihil: Samuel non nutu & sponte sua d. Dei ad-
 monitu æquivocatione usus & per eā decepit, & cū fraude decepit,
 sed tamen pia ut ex B. Gregorii verbi, superius collegimus: Non
 igitur simulatio est mendacium; quia in ea dolus bonus, in hoc
 malus. Fieri quidem potest aliquando, ut contrarium ejus quod
 est in animo per externa signa significetur, d. animo non iniuste
 aliquem fallendi, sed iuste reprehendendi. Nec ex parte vera, ex
 parte falsa d. una, si id ad quod significandum prolatā, spectes,
 cum vero hisce ex supra dictis lux affundi possit, hic esto.

D. Danh.

H. P. p.

1453.

COROLLARIUM.

COronidis loco lubet examineate quæstionem illam à materia
 nostra forte non alienā; *Quis sc. magis mentiatur, an ille qui falsū
 dicit, ne fallat: an ille qui verum dicit, ut fallat:* Pluribus hanc quæstio-
 nem persequitur B. August. in lib. de mendac. c. 3. eamq; sub hoc, ut res
 fiat clara, proponit exemplo: velut inquit si aliquā viā noverit, ob-
 sideri à latronibus, & timens ne per illā perget homo cuius saluti
 prospicit, & eū scit sibi non credere, dicat eam viam non habere la-
 trones, ad hoc ut illa non eat: dū ideo credit latrones ibi esse, quia
 ille dixit non ibi esse, cui non credere statuit, mendacem putans.
 Alterum autem qui sciens, aut putans verum esse quod dicit, ad
 hoc